

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:

Ventum est ad partem operis destinati longe grauissimam:  
cuius equidem onus si tantum opinione prima concipere  
potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius con-  
suluisse uires meas. Sed initio pudor omittendi quae pro-  
miseram tenuit, mox, quamquam per singulas prope partis 5  
labor cresceret, ne perderem quae iam effecta erant, per  
omnes difficultates animo me sustentau. Quare nunc quo-  
que, licet maior quam umquam moles premat, tamen pro-  
spicienti finem mihi constitutum est uel deficere potius quam  
desperare. Fefellit autem quod initium a paruis ceperamus: 10  
mox uelut aura sollicitante prouecti longius, dum tamen  
nota illa et plerisque artium scriptoribus tractata praecipi-  
mus, nec adhuc a litore procul uidebamur et multos circa  
uelut isdem se uentis credere ausos habebamus: iam cum  
eloquendi rationem nouissime repertam paucissimisque 15  
temptatam ingressi sumus, rarus, qui tam procul a portu  
recessisset, reperiebatur; postquam uero nobis ille, quem  
instituebamus, orator a dicendi magistris dimissus, aut suo  
iam impetu fertur aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiae  
penetalibus petit, quam in altum simus ablati, sentire coe- 20  
pimus. Nunc 'caelum undique et undique pontus'. Vnum  
modo in illa immensa uastitate cernere uidemur M. Tullium,  
qui tamen ipse, quamuis tanta atque ita instructa naue hoc  
mare ingressus, contrahit uela inhibetque remos et de ipso  
deum genere dicendi, quo sit usurus perfectus orator, satis 25  
habet dicere. At nostra temeritas etiam mores ei conabitur  
dare et adsingabit officia. Ita nec antecedentem consequi  
possumus et longius eundum est, ut res feret. Probabilis  
tamen cupiditas honestorum et uelut tutioris audentiae est  
temptare, quibus paratior uenia est. 30

Sit ergo nobis orator, quem constituimus, is qui a M.  
Catone finitur uir bonus dicendi peritus, uerum, id quod et  
ille posuit prius et ipsa natura potius ac maius est, utique uir  
bonus: id non eo tantum quod, si uis illa dicendi malitiam  
instruxerit, nihil sit publicis priuatisque rebus perniciosius      35  
eloquentia, nosque ipsi, qui pro uirili parte conferre aliquid  
ad facultatem dicendi conati sumus, pessime mereamur de  
rebus humanis, si latroni comparamus haec arma, non militi.

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Legen Sie das Bedeutungsfeld von ars (Z. 12) dar!
2. Spezifizieren Sie den Kasus, der in nobis (Z. 17) vorliegt!
3. Worauf bezieht sich quibus (Z. 30)?